Incipit prologus beati Hieronimi presbiteri in

Non ita ordo est septem epistolarum canonicarum apud grecos qui integre sapiunt et fidem rectam sectantur. epistolarum septem que canonice nuncupantur sicut in latinis codicibus invenitur. quod quia petrus primus in numero est apostolorum. prime sint etiam eius epistole in ordine ceterarum. Sed sicut euuangelistas dudum ad veritatis lineam correximus, ita has proprio ordini deo nos iuvante reddidimus. Est enim prima earum una iacobi. petri due. iohannis tres. et iude una. Que si ut ab eis digeste sunt. ita quoque ab interpretibus fideliter in latinum eloquium verterentur. nec ambiguitatem legentibus facerent. nec sermonum se varietas impugnaret. illo precipue loco ubi de unitate trinitatis in prima iohannis epistola positum legimus. in qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse a fidei veritate comperimus. trium tantummodo vocabula hoc est aque et sanguinis et spiritus in ipsa sua editione ponentes. et patris verbique ac spiritus testimonium omittentes. in quo maxime et fides catholica roboratur. et patris et filii et spiritus sancti una divinitatis substantia comprobatur. In ceteris vero epistolis quantum a nostra aliorum distet editio. lectoris prudentie derelinquo. Sed tu virgo christi eustochium dum a me impensius scripture veritatem inquiris. meam quodammodo senectutem invidorum dentibus corrodendam exponis. qui me falsarium corruptoremque sanctarum pronunciant scripturarum. Sed ego in tali opere nec emulorum meorum invidentiam pertimesco. nec sancte scripture veritatem poscentibus denegabo. Explicit prologus.

Incipit argumentum in epistola beati Jacobi apostoli.

Iacobus apostolus sanctum instruit clerum de cultu celestium preceptorum: et regula catholice observantie. et de invicta patientie maiestate. et revelatione plurimorum et mandatio magistrorum. De hoc iacobo paulus apostolus dixit. Jacobus cephas et iohannes qui videbantur columpne esse. dexteras dederunt mihi et barnabe societatis: ut nos in gentes. illi in circumcisionem. quia in circumcisione erat ordinatus apostolus. curavit eos qui inde erant sicut presentes colloquendo docere. ita et absentes per epistolam consolari. instruere. increpare. corrigere. Explicit argumentum.

Incipit epistola beati Jacobi apostoli

Iacobus dei et domini nostri ihesu christi servus. duodecim tribubus que sunt in dispersione salutem. Omne gaudium existimate fratres mei. cum in temptationes varias incideritis. scientes quod probatio fidei vestre patientiam operatur. patientia autem opus perfectum habeat. ut sitis perfecti et integri. in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget sapientia. postulet a deo qui dat omnibus affluenter. et non improperat. et dabitur ei. Postulet autem in fide. nichil hesitans. Qui enim hesitat. similis est fluctui maris qui a vento movetur et circumfertur. Non ergo estimet homo ille. quod accipiat aliquid a domino. Vir duplex animo. inconstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua. dives autem in humilitate sua. quoniam sicut flos feni transibit. Exortus est enim sol cum ardore et arefecit fenum. et flos eius decidit. et decor vultus eius deperiit. ita et dives in itineribus suis marcescet.

Beatus vir qui suffert temptationem. quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite. quam repromisit deus diligentibus se. Nemo cum temptatur dicat quoniam a deo temptatur. Deus enim intemptator malorum est. Ipse enim neminem temptat. Unusquisque vero temptatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Dehinc concupiscentia cum conceperit parit peccatum. Peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum et omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum. apud quem non est transmutatio. nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis. ut simus initium aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audien

dū· tardus autē ad loquendū· & tardus
ad iram. Ira enī uiri· iuſtitiā dī n̄ operatur·
PRopter qđ abicientes omnem inmundiciā
& habundantiā malitię· in manſuetudine
ſuſcipite inſitū uerbū· qđ poteſt ſaluare
animas urās· Eſtote autē factores uer
bi· & n̄ auditores tantū· fallentes uoſmet
ipſos· Quia ſi quis auditor eſt uerbi & non
factor· hic comparabitur uiro conſideranti
uultū natiuitatis ſue in ſpeculo: Conſidera
uit enim ſe & abiit· & ſtatī oblitus eſt qua
lis fuerit· Qui autem pſpexerit in lege per
fecte libertatis· et pmanſerit· n̄ auditor obli
uioſus factus· ſed factor opis· hic beatus in fac
to ſuo erit. Si quis autē putat ſe
religioſū eē· n̄ refrenans linguā ſuā· ſed
ſeducens cor ſuum· huius uana ē religio.
Religio munda et inmaculata apud dm̄
& patrem hec eſt· uiſitare pupillos et ui
duas in tribulatione eorū· & inmaculatū
ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Frs̄ mei·
nolite in pſonarū acceptione habere fidē·
dnī nrī ihū xpi glię· Etenī ſi introierit
in conuentu urō· uir aureū habens anulū·
in ueſte candida. introierit autē & paup
in ſordido habitu· & intendatis in eū qui
indutus eſt ueſte pclara· et dixeritis ei
tu ſede hic bene· paupi autē dicatis tu ſta
illic· aut ſede ſub ſcabello pedū meorum·
nonne iudicatis apud uoſmet ipſos· & fac
ti eſtis iudices cogitationum iniquarum·
Audite frs̄ mei dilectiſſimi· Nonne deus
elegit paupes in hoc mundo diuites in fide·
& heredes regni qđ pmiſit diligentibus ſe·
Vos autē inhonoraſtis paupem. Nonne di
uites p potentiā opprimunt uos· et ipſi
trahunt uos ad iudicia· Nōne ipſi blaſphe
mant bonū nomen qđ inuocatū ē ſup uos·
Si tamen legem pficitis regalem ſcdm̄
ſcripturas· diliges pximū tuū ſicut te ipſū·

bene facitis· Si autem pſonas accipitis·
peccatū operamini· redarguti a lege· quaſi
tranſgreſſores· Quicūq; autē totā legem
ſeruauerit· offendat autem in uno· factꝰ ē
omnium reus· Qui enī dixit n̄ mechaberis·
dixit & n̄ occides· Qđ ſi n̄ mechaberis·
occidas autē· factus es tranſgreſſor legis·
Sic loquimini & facite· ſicut p legem libertatis
incipientes iudicari. Iudiciū enī ſine miſe
ricordia· illi q n̄ facit miſericordiā; ſuperexal
tat autem miſericordia iudiciū· Quid pde
rit frs̄ mei· ſi fidem quis dicat ſe habere· opa
autem n̄ habeat· Nūquid poterit fides ſal
uare eū· Si autē frater aut ſoror nudi ſunt
et indigeant uictu cotidiano· dicat autē aliqs
de uobis illis· ite in pace· calefiatis. et ſa
turamini· n̄ dederitis autem eis· quę neceſſa
ria ſunt corpori· quid pderit· Sic et fides ſi
n̄ habeat opa· mortua eſt in ſemetipſa.
Sed dicit quis· Tu fidem habes· et ego
opa habeo. Oſtende m̄ fidem tuā ſine
opib;· & ego oſtendā t̄ ex opib; fidē meam.
Tu credis qm̄ unus ē ds̄· bene facis· Et
demones credunt· & contremiſcunt. Vis autē
ſcire o homo inanis· qm̄ fides ſine opibus
otioſa eſt· Abraham pater nr̄· nōne ex
opib; iuſtificatus ē· offerens yſaac filiū
ſuum ſup altare· Vides qm̄ fides coopa
batur opib; illius· & ex opib; fides con
ſūmata ē· et ſuppleta ē ſcriptura dicens.
credidit abrahā deo· et reputatū ē illi ad
iuſtitiā· & amicus dī appellatus ē· Videtis
qm̄ ex opib; iuſtificatur homo· & n̄ ex
fide tantū· Similiter et raab meretrix
nōne ex opib; iuſtificata ē· ſuſcipiens nun
tios· & alia uia eiciens· Sicut enī corpus
ſine ſpū mortuum eſt· ita & fides ſine
opib; mortua ē· Nolite plures magi
ſtri fieri fratres mei· ſcientes qm̄ maius
iudiciū ſumitis· In multis enī offēdimus

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

omnes. Siquis in uerbo non offendit: hic perfec
tus est uir. Potest autem freno circumducere
totum corpus. Si autem equis frenos in ora
mittimus ad consentiendum nobis: et omne
corpus illorum circumferimus. Ecce et naues
cum magne sint et a uentis ualidis minen
tur: circumferuntur a modico gubernacu
lo. ubi impetus dirigentis uoluerit. Ita et
lingua modicum quidem membrum est. et
magna exaltat.
Ecce quantus ignis quam magnam sil
uam incendit. et lingua ignis est uniuersi
tas iniquitatis. Lingua constituitur in mem
bris nostris. que maculat totum corpus. et
inflammat rotam natiuitatis nostre inflam
mata a gehenna. Omnes enim nature be
stiarum et uolucrum. et serpentium etiam
ceterorum domantur. et domite sunt a natu
ra humana. Linguam autem nullus homi
num domare potest. inquietum malum. ple
na ueneno mortifero. In ipsa benedicimus de
um et patrem: et in ipsa maledicimus homi
nes. qui ad similitudinem dei facti sunt. Ex ip
so ore procedit benedictio et maledictio. Non
oportet fratres mei hec ita fieri. Numquid
fons de eodem foramine emanat dulcem et
amaram aquam? Numquid potest fratres mei
ficus uuas facere. aut uitis ficus? Sic neque
salsa dulcem potest facere aquam. Quis sa
piens et disciplinatus inter uos. ostendat
ex bona conuersatione operationem suam. in
mansuetudine sapientie. Quod si
zelum amarum habetis. et contentiones sint
in cordibus uestris: nolite gloriari et mendaces esse
aduersus ueritatem. Non est enim ista sapienti
a de sursum descendens: sed terrena. anima
lis. diabolica. Ubi enim zelus et conten
tio: ibi inconstantia et omne opus prauum.
Que autem desursum est sapiencia. primum
quidem pudica est. deinde pacifica. modesta.

suadibilis. bonis consentiens. plena misericordia
et fructibus bonis. iudicans sine simulatione.
Fructus autem iustitie in pace seminatur facien
tibus pacem. Unde bella et lites in
uos? Nonne hinc? Ex concupiscentiis uestris que
militant in membris uestris. Concupiscitis et non
habetis. occiditis et zelatis. et non potestis
adipisci. Litigatis et belligeratis. et non habe
tis propter quod non postulatis. Petitis et non
accipitis. eo quod male petatis. ut in concupis
centiis uestris insumatis. Adulteri nescitis quia
amicicia huius mundi inimica est dei? Qui
cumque ergo uoluerit amicus esse seculi huius:
inimicus dei constituitur. Aut putatis quia inaniter
scriptura dicat: ad inuidiam concupiscit spiritus
qui habitat in uobis? Maiorem autem dat
gratiam: propter quod dicit. Deus superbis resistit.
humilibus autem dat gratiam. Subditi ergo esto
te deo. resistite autem diabolo: et fugiet a uo
bis. Appropinquate deo: et appropinquabit
uobis. Emundate manus peccatores: et puri
ficate corda duplices animo. Miseri estote et
lugete. risus uester in luctum conuertatur. et
gaudium in merorem. Humiliamini in conspe
ctu domini. et exaltabit uos. Nolite detrahere
alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri aut qui
iudicat fratrem suum: detrahit legi et iudicat
legem. Si autem iudicas legem: non es factor
legis sed iudex. Unus est enim legislator et iu
dex: qui potest perdere et liberare. Tu autem quis es
qui iudicas proximum? Ecce nunc qui dicitis:
Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem.
et faciemus quidem ibi annum. et mercabimur
et lucrum faciemus: qui ignoratis quid erit
in crastinum. Que enim est uita uestra? Vapor est
ad modicum parens: deinceps exterminabitur.
Pro eo ut dicatis si dominus uoluerit. et si uixerimus.
faciemus hoc aut illud. Nunc autem exulta
tis in superbiis uestris. Omnis exultatio talis ma
ligna est. Scienti ergo bonum facere et non

faciente peccatum est illi. Agite nunc diuites plorate ululantes in miseriis uestris que aduenient uobis. Diuicie uestre putrefacte sunt. et uestimenta uestra a tineis comesta sunt. Argentum et aurum uestrum eruginauit. et erugo eorum in testimonium uobis erit. et manducabit carnes uestras sicut ignis. Tesaurizastis uobis iram in nouissimis diebus. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones uestras que fraudata sunt a uobis. clamat. et clamor ipsorum in auribus domini sabaoth introiuit. Epulati estis super terram. et in luxuriis enutristis corda uestra. In die occisionis adduxistis et occidistis iustum. non restitit uobis. Patientes igitur estote fratres. usque ad aduentum domini. Ecce agricola expectat preciosum fructum terre. patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Patientes estote et uos et confirmate corda uestra. quoniam aduentus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum. ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres. exitus mali et longanimitatis laboris et patientie prophetas. qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam iob audistis. et finem domini uidistis. quoniam misericors est dominus et miserator. Ante omnia autem fratres mei nolite iurare neque per celum. neque per terram. neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem sermo uester. est. est. non. non. ut non sub iudicio decidatis. Tristatur aliquis uestrum. oret equo animo et psallat. Infirmatur quis in uobis. inducat presbiteros ecclesie. et orent super eum unguentes eum oleo in nomine domini. et oratio fidei saluabit infirmum. et alleuabit eum dominus. et si in peccatis sit dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata uestra. et orate pro inuicem ut saluemini. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Helyas homo erat similis nobis passibilis et oratione orauit ut non plueret super terram. et non pluit annos tres. et menses sex. Et rursum orauit. et celum dedit pluuiam. et terra dedit fructum suum. Fratres mei. siquis ex uobis errauerit a ueritate. et conuerterit quis eum. scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uie sue. saluabit animam eius a morte. et operit multitudinem peccatorum.

Explicit epistola beati Iacobi apostoli. Incipit argumentum in epistolam Petri apostoli prima.

Symon petrus filius iohannis prouincie galilee. a uico bethsayda. frater andree apostoli. et princeps apostolorum toto orbe diffusos et peregrinos in hoc seculo monstrat. et presentis uite penitere suadet. et in nouam uitam proficere. tota sollicitudine exhortatur.

Explicit argumentum. Incipit epistola Petri prima.

PETRVS apostolus ihesu christi electis aduenis dispersionis ponti. galatie. capadocie. asie. et bithinie. secundum prescientiam dei patris. in sanctificationem spiritus. in obedientiam et aspersionem sanguinis ihesu christi. gratia uobis et pax multiplicetur. Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi. qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uiuam per resurrectionem ihesu christi ex mortuis. in hereditatem incorruptibilem. et incontaminatam et inmarcescibilem conseruatam in celis. in uobis qui in uirtute dei custodimini per fidem in salutem paratam. reuelari in tempore nouissimo. in quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari in uariis temptationibus. ut probatio uestre fidei multo preciosior sit auro quod per ignem probatur. inueniatur in laudem et